

## Band XI., Nr. 5201, Seite 188-189

*Schultheiß Engellin von Schorndorf und seine Frau Elisabeth stiften und begaben eine Kapelle in Schorndorf.*

Schorndorf, 1299. Ohne Tagesangabe.

In nomine domini. Amen. Ea que in tempore geruntur ne propter oblivionem hominum que labilis est cum tempore dilabantur, convenit scripture testimonio sigillis et testibus perennari. Noverint igitur universi presentes litteras inspecturi, quod ego Engellinus scultetus in Schorndorf et uxor mea Elizabeth legitima de scitu et expressa voluntate et libera permissione illustris domini nostri Eberhardi comitis de Wirtenberg capellam sitam et constructam infra muros opidi in Schorndorf cum omnibus possessionibus nostris infra scriptis precipue in remedium et salutem anime domini nostri supradicti et in remedium animarum nostrarum dotavimus, ita quod tempore vite nostre unum sacerdotem in expensis nostris habebimus sine preiudicio ecclesie parrochialis et sibi procurabimus necessaria prout nobis nostre subpetunt facultates. Nobis autem ambobus decedentibus iudices iurati in Schorndorf ad memoratam capellam sacerdotem de consilio et voluntate sepefati domini nostri presentare debent et, si talis presentatus propter mores distortos vel propter aliam causam iustam eis non placuerit vel non expediat, ipsum quandocumque voluerint possunt absque contradictione cuiuslibet remove. Insuper volumus si redditus infra scriptarum possessionum se extendere possunt ad summam quadraginta<sup>1</sup> librarum Hallensium, in ipsa capella duo sacerdotes ydonei promoveantur, quorum uterque missam debeat cottidie celebrare. Taxatio autem predictorum reddituum sit in honorando domino . . . preposito in Madelberg, qui tunc temporis fuerit, et in ipsis iudicibus iuratis in Schorndorf sive completum numerum iuratorum habeant sive non. Sunt autem hee possessiones nostre: tria iugera vinearum sita an dem ndern Sindichen. Item in Winterbach iuxta viam que dicitur hertweg duo iugera vinearum, que aliquando fuerunt . . . dicti Gul, item ibidem iuxta hertweg duo iugera vinearum. Item duo iugera et dimidium vinearum in Hebsach. Item apud Schorndorf in Ramsperge unum iuger et dimidium vinearum. Item in Oberschornbach<sup>2</sup> de vinea sita in monte dicto Olberge et de prato ibidem vinee coniuncto una urna vini census annui. Item viginti duo iugera agrorum sitorum in campo supra civitatem versus quercum. Item ibidem in campo dicto Azelunrütin et in campo versus Wiler viginti iugera agrorum. Item ibidem in campo iuxta

<sup>1</sup>Die erste Silbe ist teilweise ausradiert, offenbar um daraus octo zu machen.

<sup>2</sup>Schornbach.

## II

clivum qui ducit ad Madelberg et in campo iuxta Winterbach viginti iugera agrorum. Item ibidem decem iugera pratorum in termino dicto Ramsbach. Item ibidem dimidietatem annui census de estuario sito extra muros. Item ibidem quinque solidos Hallensium annui census de domo . . dicti Schorndorfer. Item ibidem quinque solidos annui census de domo . . dicti Brændelin. Item sex solidos annui census de domo . . dicti Junchart. Item ibidem decem solidos annui census de tribus iugeribus agrorum et duabus particulis pratorum sitis in termino dicto Aichibach. Item ibidem domus et area cum omni structura et duo orti. Item in Winterbach triginta Hallenses annui census de bonis Mærkelini dicti Notkouf. Has universas possessiones dominus noster de Wirtemberg sepefatus et tota communitas civium in Schorndorf de ipsius voluntate domini nostri absque omni stiura et absque omni exactione ac servitute et contributione liberas penitus proclamaverunt. In huius rei testimonium presentes littere sigillo memorati domini comitis et domini . . prepositi in Madelberg ac sigillo universitatis civium in Schorndorf sunt munitae.<br><br> Datum Schorndorf, anno domini MCCLXXXIX nono, indictione XII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> An grünen und rosa Seidefäden noch das 1. und 3. Siegel. 1) des Grafen Eberhard von Wirtemberg, s. WUB, Bd. VIII, S. 191. 3) der Stadt Schorndorf, s. WUB, Bd. X, S. 258; Umschrift: + • SIGILLVM • CIVIVM • IN • SHORNDORF.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 601 U 133

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Schorndorf

**Aussteller:**

Engellin; Schultheiß von Schorndorf Elisabeth; Frau Engellins, Schultheiß von Schorndorf

**Ortsindex:**

(Burg) Württemberg Wüstung (21519) <br> (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W <br> Adelberg - Kloster Wohnplatz (561) <br> Adelberg - Kloster, Adelberg, GP <br> Hebsack Wohnplatz (1742) <br> Hebsack, Remshalden, WN <br> Schornbach Wohnplatz (1568) <br> Schornbach, Schorndorf, WN <br> Schorndorf Wohnplatz (1569) <br> Schorndorf, WN <br> Weiler Wohnplatz (1571) <br> Weiler, Schorndorf, WN <br> Winterbach Wohnplatz (1693) <br> Winterbach, WN